129
113

lxxviiii

Conterriti sunt in syon peccatores.
possedit tremor ypocritas. R nis.
Quis poterit habitare de nobis cum
igne deuorante. aut quis habita
bit ex uobis cum ardoribus sempiternis
Qui ambulat in iustitiis et loquitur
ueritatem. qui proicit auaritiam
ex calumnia. et excutit manus
suas ab omni munere.
Qui obdurat aurem suam ne audiat
sanguinem. et claudit oculos
suos ne uideat malum.
Iste in excelsis habitabit. muni
menta saxorum sublimitas eius. pa
nis ei datus est. aque eius fideles sunt.
Regem in decore suo uidebit. ocu
li eius cernent terram de longe.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
ZENTRALBIBLIOTHEK ZÜRICH
KANTONS-, STADT- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Zentralbibliothek Zürich
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/zbz_msrh129/0133